Fragmentarium

B A. Ex utero senectutis & sterilis iohannes natus est precursor domini. A. Ipse preibit ante illum in spiritu & uirtute helie parare domino plebem perfectam. A. Tu puer propheta altissimi uocaberis preibis ante dominum parare uias eius. A. Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. A. Pro eo quod non credidisti uerbis meis eris tacens & non poteris loqui usque in diem natiuitatis eius. cap.

Prius quam te formarem in utero noui te. & antequam exires de uulua sanctificaui te. & prophetam in gentibus dedi te.

V. Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes.

i. evovae

A. Ingresso zacharia templum domini apparuit ei gabriel angelus stans a dextris altaris incensi.

Praesta quaesumus domine ut populus tuus ad coll.

plene deuotionis effectum beati iohannis baptiste natalicius preparetur. quem premisisti filio tuo parare plebem perfectam. Per.

Invit. Regem precursoris dominum Venite adoremus. In I n. A. Priusquam te formarem in utero noui te & antequam progrederreris sanctificaui te. Ps. Beatus uir. A. Ad omnia que mittam te dicit dominus ibis ne timeas et que mandauero tibi loqueris ad eos. Ps. Quare fr.

iii. evovae

iiii. evovae

A. Ne timeas a facie eorum quia ego tecum sum dicit dominus. Ps. Domine quid multi. V. Gloria & honore. l i

Audite insule & attendite populi de longe. Post uocationem reliquiarum populi israhelis & abiectionem incredulorum de quibus dixit. non est pax impiis. transit ad ecclesias de gentibus quas etiam insulas appellat. Et bene per insulas ecclesie gentium designantur. quia sicut insule a mari circumdantur. & ipse liberrime ab aquarum undis permanent. ita ecclesie gentium que unam ecclesiam faciunt a malis hominibus circumdantur. id est a paganis ab hereticis. atque iudeis. & ab ipsis tribulationes & persecutiones sustinent. & tamen ipsi in sua soliditate permanent.

R. Fuit homo missus a deo cui nomen iohannes erat hic uenit ut testimonium perhiberet de lumine & parare domino plebem perfectam. V. Erat iohannes in deserto predicans baptismum penitentie. [illegible]

Et ne putaremus per insulas in hoc loco iudeam esse intellegendam & non ecclesias ex gentium populo collectas. statim subdidit Et attendite populi de longe. Sine dubio hoc manifestissime declarat insulas non ad synagogam. sed ad ecclesiam referendum esse. Per insulas igitur & populos debemus intelligere sanctam ecclesiam. quam dominus uocat ut audiat. simul & attendat hoc quod in sequentibus erit dicturus. Dominus ab utero uocauit me de uentre matris mee. recordatus est nominis mei. Hec uox humanitatis est christi. R. Elisabeth zacharie magnum uirum genuit iohan

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1291, fol. [1]r – Antiphonal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yxfm/7307/58922)